



Zb.^x 47.

PROGRAMMA 25
2122

Qvo

Ad auscultandos discipulorum suorum

Sermones,

Quibus memoria nuptiarum

SERENISSIMÆ

HISPANIARUM

INDIARUMQUE

E DOMO BRUNSV. LUNEBURGICA

REGINÆ

Pie recolitur ,

Literarum humaniorum Mæcenates

Ac Fautores,

Iis, quibus par est, precibus invitat

Joh. Alb. Gebhardi

Gymnasii Mart. Brunsv. Rect.

BRUNSVIGE,

Litteris ZILLIGERIANIS.

PROGRAMMA

Ad mensurandum et calculandum

Caroli Augustini

SEPTIMUM

HISTORIARUM

INITIALIUM

ET

LEGUM

Caroli Augustini

Ad mensurandum


et calculandum

Caroli Augustini

Ad mensurandum

Caroli Augustini





Annus est & amplius, cum discipulos quosdam Martinei nostri ex umbra in solem & campum produximus, ex quo tempore publico conspectu abstinens, intra privatarum limites orationum opera sese nostra continuit, quos ut jam egrediatur, publica facit lætitia, qua nuptias Serenissimæ Hispaniarum Indiarumque Reginae populus Brunsvicensis ubique locorum prosequitur. Igitur, quemadmodum, qui artem factitant pyrobolicam, si tyrones quantum profecerint ostendere volunt, nomina principum aut regum, quo illustriorem præ se speciem ars sua ferat, stupis inflammandis affabre innectunt, ita confido nobis vitio versum haut iri, quando eminentissima Regum Ducumque nomina, in quibus nostra sese facundia exerceat, usurpamus. Ut autem *ως ἐν ὑποτυπώσει* pateat, quæ *συνάφεια* sermonum, quos daturi sumus, existat, repetendum ex seculi XII memoria est, Fridericum Barbarossam imperatorem, postquam fatis functus est, plebi Germanorum olim creditum fuisse, vitato de industria hominum conspectu, antrum subiisse montis in Vicinia Saxonie Kiphufani. Cui fabulæ, ut nonnulli putant, ansam dedit vel arx regia, cujus adhuc in vertice montis vestigia supersunt, quam Fridericus olim incoluerit, vel quod metallis olim abundasse specus hos suspicio est, quorum una forte todina dicta fuerit *zum Käyser Friederich*. *Vid. Olearii syntagma rerum Thuringicarum part. 1. p. 180. 188.* Quamquam sunt, qui Fridericum intelligunt secundum, forte quod uterque insigniter barbatus fuit, quæ res crebro italos inprimis

);(2

scripto-

scriptores in errorem inducit, ut Barbarossam appellantes de Friderico altero sermonem intellectum velint.

Persuasum autem fuit ab eo usque seculo montium Hercyniorum accolis. reversurum olim ex antro suo, & gubernacula reip. patriæ tractaturum denuo. Quam superstitionem ut fulciret hostis generis humani Satanas, sub initium seculi superioris opilioni cuidam in radicibus montis gregibus pascendis intento, cum antrum aliquod præter solitum hians intrasset, speciem objecit viri supra modum barbati, mensæ incumbentis, qui sonitu pedum visus profundo somno experge fieri, cum de ratione temporum nonnulla quævisisset. in soporem relabens, seculum adhuc sibi dormientum fore asseveravit. Istunc nos exemplo poetarum, quibus fingere licet, ex sede jam sua producimus, inspecturum rationes reip. Brunsvicensis, cogniturumque, quam atroci familia sua fato conciderit, sublata e contrario in summum apicem gente Ducum Brunsvicensium, quibus, cum inter vivos ageret, præ studio nepotes suos collocupletandi, everso Henrico Leoné, quem amplissimis fortunis exturbaverat, per omnem vitam fuerat insidiatus. Ordo oratorum, quos divisio in quinque actus dramate sisto, ita habet.

- I. *Rudolphus Augustus Heyland Brunsv. Lun.* prologi vicem sustinens universo dramati præludet, condiscipulisque attentionem exorare annitetur. *Prof. germ.*

ACT. I.

II. JULIUS CÆSAR *Reinhard Christian Geißlinger*
Buckeburga - Schaumb.

III. SERTORIUS Dux hispanorum rebellium, *Johann*
Fridericus Steding Fischbecca Schaumb.

IV. AUGUSTUS. *Augustus Frid. Specht VVolfseeb.*

V. HAR-

V. HARMINIUS Dux Cheruscorum. *Ernestus Conr. Christoph. Conerus Colensfelda Hannov.*

Singuli de fortitudine gentium suarum Romanæ, hispanicæ & Saxonicæ apud inferos inter se colloquuntur latine, Harminius solus vernacula.

VI. AURINIA vates germanorum, cujus meminit Tacitus germ. Cap. 8. *Ernestus Christoph. Zebel Cellens.* provocata ab Harminio oraculum suum recitat *carm. germ.* quo, quæ a seculo octavo in patria adhuc usque annum contingere, divinantis modo percenset.

A&. II.

VII. FRIDERICUS Barbarossa. *Johann Heinrich Ketterberg* Brunsv. egressus ex specu montis Kiphufani, de rebus a se gestis, afflictæque in primis Henrici Leonis fortuna nonnulla disserit *germanice*, incensus autem cupiditate cognoscendi, quæ jam sit conditio Henrici posterorum, conspecto opilione, dialogum occipit. Eo autem digresso

VIII. MENALCAS opilio, *Ernestus Jacob. Stöcker Rortelsdorffo Mansfeld:* quæ de viro sibi hoc sententia sit, more horum hominum exponit. effusus sub finem in gratulationem ob pacem & tranquillitatem publicam, *Germanica prosa & ligata.*

IX. TRITHEIMIUS *Frid. Ernestus Verner Gandersb.* Venienti ad se in monasterium Friderico fata atque interitum familiæ ducum Svevicorum copiose enarrat *prof. lat.* Sermonem utriusque interpellat

X. FAMA *Johann Samuel Oesterreich* *Holsatus prof. germ.* publicatoque Serenissimæ Brunsv. & Luneb. Ducis Elisabethæ cum Carolo III. Rege Hispaniarum inito connubio, incredibili pavore percellit

).(3

XI. FRI-

XI. FRIDERICUM, qui de fatiſ nepotum ſuorum con-
queri ingreſſus, divinæ tandem meditatione providentiæ
moerorem deponit, & ut ſupremum numen Ducibus
Brunſvicenſibus omnia ſemper optata afferat, eorumque
imperium & conſilia uſque felicitet, apprecatur *Vernac.*

A&. III.

XII. CUSPINIANUS *Auguſt Ernst Carl de Grone*
eqves Brunſv. Luneb. miratur, quid Friderici III. impera-
toris Symbolum A. E. I. O. U. ſibi velit, loquitur *prof.*
lat. Quid illi

XIII. OEDIPUS *Ferdinandus Lazarus Mauritiuſ ab Imhoff*
eqves Franconicuſ exponit amplius ſexagies *prof. lat.* even-
tum vaticinii in hunc annum competere deſignans.

A&. IV.

XIV. MAGISTER ADMISSIONUM *Juſtuſ Heinri-*
cuſ Bötticher VVolfſenb. oratoribus gentium Hiſpanica-
rum, ſe ſuaque deditium & nuptias gratulantium, adi-
tum ad Regem molliet *prof. lat.*

XV. MARTIALIS ex oppido Bilbili ditioniſ hiſpanicæ
Frid. Heinr. Cörberuſ Helmſtad. loquitur pro Arragonenſi-
bus *elegiſ latinis.*

XVI. COLUMELLA Gaditanuſ, *Chriſtoph VVilhelm*
Craſemann Brunſv. verba faciet pro regni Caſtiliani inco-
liſ *prof. lat.*

XVII. QUINTILIANUS genere hiſpanuſ *Heinrich*
Georg, Kiliani Heinda Hildes. cauſam agit Belgarum *prof. lat.*

XVIII. SE-

XVIII. SENECA Cordubanus *Anton' Auguß Oesterreich*
Holfatus precatur pro Americanis *prof. lat.*

XIX. VIRGILIUS Mantuanus Johann Philipp Gabriel
Erfurt Hitfelda Harburg. Commendat causam Medio-
lanensium heroic. *lat.*

XX. HORATIUS Appulus, **Gottfried Crause** *Szendal.*
pro popularibus suis, qui regnum incolunt Neopolita-
num, perorat *Jamb. lat.*

XXI. CICERO *Carol. Frid. Krael Gandersh.* Siculos tuen-
dos suscepit *prof. lat.*

XXII. POMPONIUS MELA ab oppido Hispaniæ
Mella oriundus *Johann Andreas Duve Helmsf.* causam suam
agit, & de injuria Claudii Verdierii hominis Galli coram
rege conqueritur *prof. lat.*

XXIII. PLINIUS Novocomensis *Florianus Klepperbein*
jeveranus, pro se loquitur, prædiumque suum ad lacum
Neocomensem situm, a militibus gallis pessime habi-
tum, ut sibi restituatur, rogat *prof. lat.*

A& V.

XXIV. SERMO GRÆCUS *Johann Heinrich Mecke*
Clausthal. fingitur omnium regionum exsul, in vestibulo
aulæ regis hispaniarum obambulare, deque fatis suis con-
queri *prof. lat.*

XXV. GALENUS *Ditericus Joach. Ludolph. Culemann*
Meiners. Cellenf. ad retrahendam ex fuga linguam græ-
cam missus, oblati conditionibus, ut secum redeat, sva-
dere annitetur *prof. germ.*

XXVI. SAXO *Caspar Godfrid Riscus, Jeveranus* sermoni-
bus

bus commilitonum epilogum subnectens, dramati colophonem imponet. *sermocinatur vers.germ.*

Fastidium, quod multitudo personarum, quæ audiri expetunt, parere possit, brevitatis orationum absterget. Nunc Vos, Mæcenates Scholæ nostræ, & quibus literæ, quæ heic coluntur, recordatione studiorum pueritiæ, adhuc dulces sunt, singulos, uti par est, rogatos volumus, ut ad audiendos spectandosque discipulorum nostrorum conatus, qui in gratulandis Serenissimæ Hispaniarum Reginae nuptiis id quod subjectorum civium est, versantur singuli, benevole conveniatis. Diem diximus XVIII Junii. Loqviam autem ingredientur, simulachoram VIII matutinam campanæ sonus indicaverit. Quo quidem temporis articulo benevolentia vestra signa & adventantium & benigne censentium cupide opperimur. Dabam Brunsvigæ XII Junii 1708.



Mb. 538. 8

ULB Halle
006 697 011

3




TA → OL

MD 18

M. C.







PROGRAMMA

Qvo

Ad auscultandos discipulorum suorum
Sermones,

Qvibus memoria nuptiarum

SERENISSIMÆ HISPANIARUM INDIARUMQUE

E DOMO BRUNSV. LUNEBURGICA
REGINÆ

Pie recolitur,

Literarum humaniorum Mæcenates
Ac Fautores,

Iis, qvibus par est, precibus invitatur

Joh. Alb. Gebhardi
Gymnasii Mart. Brunsv. Rect.

BRUNSVIGE,
Litteris ZILLIGERIANIS.